saviæ Die 22. Mensis et Anni nunc currentium in Actu expresso:
rum confectum, Manibusq tam ejusdem Testatoris quam et Te:
stium subscriptum, ac Sigillis gentilitijs communitum, in
omnibus punctis, clausulis, et ligamentis roborat, approbat,
et ratificat, utq post sera sua fata in toto adimpleatur, et exe:
quatur vult, et declarat. Hac sua Personali Recognitione ad
premissa mediante, quam Idem Gnus Recognoscens Manu
propria subscripsit.

Franciscus Potocki

Quum ejusmodi Gnus Deputati Strî Relationem factamq
supradictam Roborationem Nos ad Acta præsentia suscipi. Eidem
inseri, et Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In
Quorum fidem et Actum et Relatio ut supra.
Venerat G. Franciscus Potocki Pala-
× tinus Posnaniensis Gnus Universal
Potocki Palatinus Posnaniensis

Cum Eodem Actu

Stanislaus Augustus et Significiamus et Quod cum Nobis supplica:
caret Gnus Franciscus Potocki Palatinus Posnaniensis Acta pu:
blica ob debilem valetudinem adire non valens, ut Gnum Ignatium
Ludovicum Nowicki Actorum Metricus Rni Cancellariæ Majoris
Præfectum et Secretarium Strum pro recipiendis et &c: Scribatur
prout supra: / Quia Ipse Gnus Universitatum Potocki Palatini:

dan:

Dom Romanien Fratrem Suum Germanum Illiusq Successores de omnibus et Singulis pretensionibus tam ex nexu Generalis Bonorum Divisionis, inter se Recognoscentem ac fratres Ipsius Atmo praesenti peracta, quam et ante divisionem, ac post eandem subsecutam quovis modo pululantibus, et ex quocunq fonte formatis ad suprafatum Ipsum Vincentium Potocki habitis, atq etiam de Summis pulsa obloquentiam predicta divisionis ac ex nexu quarumvis Transactionum ex Bonis sive alio quocunq modo Spectantibus, uti jam adpresens integraliter ad Manus Sui Recognoventis persolutis, et pacificatis, nec non de Argenterijs, apparatu bellico bombardis Majoribus et Minoribus, sibi Recognoscent per prefatum G. Vincentium Potocki restitutis et compensatis, de omnibus scilicet pretensionibus undecunq emergentibus, ob praestitam plenariam et sufficientem in premissis omnibus satisfactionem praeexpressam Ipsum Vincentium Potocki Palatinum Dom Romanien quietat, liberumq ac absolutum facit, et pronuntiat, premissasq omnes et singulas pretensiones quovis ex fonte ac modo pululantes, usq ad diem hodiernum inter: cedentes, nihil sibi suisq Successoribus, aut cuipiam alteri pretensionis et pretextus ad suprefatum G. Vincentium Potocki Illiusq Successores reservando, aut quovcunq modo exigendo caphat mor: tificat, et annihilat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante, In forma alias Quietationis plenissima ac de Jure perfectissima. Quam Ipse G. Recognoscens Manu propria Subscripsit.

Franciscus Potocki

Quam ejusmodi Spori Deputati Ri Relationem, factamq suprafatam Quietationem Nos ad acta praesentia suscipi, ejsdem inseri, et Par: ti postulanti Authentice extradi permittimus. In Quorum Fidem et Actum et Relatio ut Supra.

Senor vero superius mentionati Deputationis Rescripti sequitur esq talis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Polo: niae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masovie, Sa: mogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smo:

Seniscia, Severiæ, Czernichoviæ. Generoso Ignatio Ludovico Nowicki Majoris, Joanni Nepomuceno Skrzynski Minoris, Metrices Cancellariarum Regni Præfectis Fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Nram Regiam. Gnosi fideliter Nobis dilecti, Expositum Nobis est Nomine Gnosi Francisci Potocki Palatinide Posnaniensis: Qualiter Ipse ob debitum sui Corporis propter recognoscendas Inscriptiones Acta publica adire non valeat. Eapropter Supplicatum est Nobis Nre Supradicti Gnosi Francisci Potocki, quatenus Fidelitatibus Vris facultatem condescendendi ad residentiam memorati Gnosi Francisci Potocki cum Actis Metrices Regni pro Suscipiendis per eum recognoscendis Inscriptionibus Aliisq; Transactionibus daremus et concederemus; cui Supplicationi tanquam Justæ, benigne annuentes, concedimus Fidelitatibus Vris sive Uni Vestrum cum præfatis Actis ad Residentiam memorati Gnosi Francisci Potocki Nri Varsaviæ Standi condescendendi ac Inscriptiones quascunq; per Illum Recognoscendas ad eadem Acta Suscipiendi, Vos Fidelitates Vræ non faciatis pro Gratia Nra. In cujus rei fidem Sigillum Regni est appressum. Datum Varsaviæ Die VIII. Mensis Octobris Anno Dni MDCCLXXI. Regnorum Nri VIII. Anno. And. Stanislaus Młodziejowski Episcopus Posnan. Sr Can[cellarius]. Ad Mandatum Sæ Rs Mtis Dni Nri Clementissimi proprium. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Antonius Sikorski Sæ Rs Mtis et Sigilli Majoris Regni Secretarius

Rescriptum ad Generosos Metrices Regni Præfectos, ut condescendant ad Gnosum Franciscum Potocki Palatinidam Posnaniensem pro Suscipiendis Inscriptionibus, aliisq; Transactionibus.

Oblatæ Privilegij Juris Caduci Gō Onufrio Brzza Collati

Ct Tum Varsaviæ die Septimæ exactæ Post Festum S. Martini Papæ Feriæ Dei Lætitiæ 14. Novembris ejusdem Anni 1771.

Stanislaus Augustus &c. Significamus de Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Privilegij Juris Caduci Generoso Onufrio Brzza a Nobis gratiose collatas, manu Nostra Regia subscriptas, Sigillogq; Majoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omnigq; Suspitionis nota carentes tenoris sequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, et Czernichoviæ. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Onufrij Brzza Nobis et Reipublicæ præstitorum, faciendum esse duximus, ut Eidem totam d[omi]nte-

gram

gram Substantiam post Obitum Antonij Jozwikiewicz ex causis justis et legi:
timis ad dispositionem Nostram Regiam devolutam Jure Caduco damus
et conferimus, uti quidem eodem Jure perpetuo, ac irrevocabili damus
et conferimus, praesentibus Literis Nostris, ita ut memoratam totam et
integram Substantiam Jure adeat, et vindicet, ac in suos Suorumq;
Successorum quovis beneplacitos Usus eandem convertat, quod omni:
bus quorum interest notum esse volentes, mandamus, quatenus ad requi:
sitionem praefati Donatarij Nostri totam et integram Substantiam
sine quibusvis dilationibus, et diffugijs extradant, et extradi sine mo:
ra f: ut supraditus Donatarius Noster cum suis Successoribus eadem
Substantia potiatur: / fauèt et curet pro Gratia Nostra. In Quorum
fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri
fussimus. Datum Varsaviae Die XIIII. Mensis Novembris Anno Domi:
ni MDCCLXXI. Regni vero Nostri VIII. Anno. = Stanislaus Au:
gustus Rex = Locus Sigilli Majoris = Cancellariae Regni = Jus
Caducum super totam et integram Substantiam post Obitum An:
tonij Jozwikiewicz relictam, Generoso Onufrio Breza confertur = An:
tonius Schorstin Sr Rr Mtis et Sigilli Majoris Regni Secreta:
rius mp. Ab ergo vero harum Literarum verba sunt haec = Cancella:
riatu Illrmi Excellmi et Rndssmi Domini Andreae Stanislai Kostka
Mlodzieiowski Epi Posnaniens et Varsaviens Abbatis Commendatarij
Hebdovien, Supremi Regni Cancellarij Sigillatum. Quae ejusmod:
Literas Privilegij sui ut praemissum oblatas, hoc ad acta praesen:
tia Metricae Rni susciji, ijdem in esse, et Parti postulanti Authentica
extradi, Originale vero rursus offerenti restitui f: de quo recepto Cancella:
ria Nostra praesentibus quietatur: / permittimus. In Quorum fidem
et datum ut supra. Relatio Illrmi Excellmi et Rndssmi Supremi Regni
Cancellarij.

Constitutus M. Godzki Palatinus Podlachiae Suprascriptus

Actum Varsaviae Sabbatho post Festum S. Martini Epi Anno Die Julii 16 Mensis ejusdem Anno Dni 1771.

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Quomodo coram Nobis actioj pra:
sentibus Metricae Regni Cancellariae Nrae Majoris personaliter comparens
Illma Barbara de Malachowskie olim Magnifici Stanislai Bernardi Hrd
nominis Gozdzki Palatini Gralis Terrarum Podlachiae, Consors relicta Vidua

Jana

Jana mem
quavis
bonis
liberè, a
Medium
legitim
et conve
potestate
proporti
dicti Cre
rato, tum
Sandrum
praefato
Marito,
ab eadem
dolenda
tiam Scri
urrentia
Scriptorum
quietandi,
nipotentia
sub vadi
denti, pro
Stren Va
ne ad pra
ri de Jur
Quam ejus
ad acta
thentica
Robert
Nobl
Podla
Stanisla
praesen
rens No
Distric

sana mente et corpore existens, a Foro Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti vero Nostro Regio, Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte fatam, libere, ac per expressum recognovit, presentibusq recognoscit. Qua ipsa Spur Alexium Huparzewski Camerarium et Commissarium Nrum in suum verum legitimum, ac specialem Plenipotentem eligit constituit, et inscribit, dando, et concedendo, eidem Gnoso Plenipotenti omnimodam facultatem, plenariamq potestatem Summam centum Quinque Millium centum Duodecim florenorum groporum Quindecim Polonicalo scriptis binis, prigno quidem in Anno 1759. dato Cred Varsavien Feria Secunda in Crastino festi S. Joannis Baptista robo: rato, tum subalterno, ad primitivum se referente per Mgeum Principem Alexandrum Sapieha Palatinum Polocen Ducem Campestrem Exercitus M.D.Lit., su: prafato olim Mgio Gozdzki Palatino Grali Terrarum Podlachia sua Patris Marito, caperatam, Literisq missilibus exolvi proponsam, tum provisionem ab eadem Summa Originali d. Die 23. Aprilis Anni prosecd 1771. ad actum exolvenda Summe superius dicte Originalis per decem a Centum ad obloquen: tiam scriptorum numerando provenientem reg Partem justa Documenta con: cernentia levandi, de levatis, Summa Originali et provisionibus cum Cassatione Scriptorum et Literarum missilium ad Summam hanc se se Regulantium quietandi, Offerendo se id totum quidquid in premissis per dictum Spum Ple: nipotentem gestum constitutumq fuerit pro firmo et valide suscepturam, idq Sub vadio Simili Summe Tam Originali quam provisionibus correspon denti, pro quo citata Mgca Recognoscen in Judicijs Terrestribus sive Ca: stren Varsavien respondebit peremptorie. Hac sua Personali Recognitio ne ad premissa mediante, informia actis Plenipotentia plenissimd ac de jure perfectissima, quam manu propria subscripsit.

B Gordzka WL

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam et recognitam, Nos ad acta presentia Metrices Stri suscipi, eidem inseri, et Parti postulanti Au: thentice extradi permisimus. In Quorum fidem de actum et Relatio ut supra.

Robert Lenyszkiewicz Praesidens
Nobilis Petrus Zepper in Actis Mtrices
Regiae Gordzkae Palatinatus
Podlachiae

Ex Eadem Acta

Stanislaus Augustus &c Significamus &. Quomodo coram Nobis Actisq
presentibus Metricis Stri Camellarii Nri Majoris personaliter constitu:
tus Nobilis Petrus Zepper suamet mente et corpore existens, a Foro Terris
Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo
presenti

præsenti vero Nostra Regia cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte palam libere ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Scriptum citatum Transfusionum in rem et Personam Magcæ Barbaræ de Matachowskich Mag?tii Stanislai Bernardi Gorzkii Palatini Generalis Terrarum Podlachiæ Consorti datum et Serviens, hic Varsaviæ Die 15. Mensis et Anni adpræsens currend in Actu expressorum conscriptum, Manuq; præexpressi Recognoscentis subscriptum, in omnibus punctis, clausulis, articulis, nexibus, et ligamentis, roborat approbat, et ratificat, eidemq; stare et parere se cum suis Successoribus se se submittit. Hac sua Personali Recognitione ad præmissa mediante; In forma aliàs Roborationis Scripti plenissimæ ac de Jure perfectissima, quam Manu propria subscripsit.

Petrus Tepper mpp

Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum factam et recognitam, vos ad Acta præsentia Metricis Libri transmissi, ejusdem instar, et Partis postulanti Authentica extradi permisimus. In Quorum fidem &c. Datum et Relatio ut supra.

Clausula Privilegij Super Castellaratum Podlachiæ Majori Josepho Wilczewski Collati.

Clausula Cancellariæ Pertica Pendenti post Testum Summarum & Consilium B. V. Clarissi præsidentis Die Julii M.C. Mensis Anno Dni 1771.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metricis Libri Cancellariæ Nræ Majoris Literas Privilegij Super Castellanatum ~~Terre~~ Podlachiæ post ascensum Mgci Antonij Wigrynski ad Palatinatum itidem Podlachiæ vacantem Majori Josepho Wilczewski Succamerario Terræ Vilnensis a Nobis benigniter collatas, manu Nra Regia subscriptas, et Sigillo Majoris Cancellariæ nostri communitas, sanas, salvas, et illæsas, omnigq; suspitionis nota carentes, tenoris Legquentis = Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæq; Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos habito respectu virginium meritorum Majori Josepho Wilczewski Succamerarij

pibus. pu
Castellana
patum it
remus et
immunit
fibus, ad
habendum
omnibus
rijs, Offici
Podlachia
sephum
gitimo, et
cij de Corp
ad hanc
respondere
scriptas,
Illris Am
us Augu
lanatus
tum itid
Terræ V
poris Pa
hac =
slai Ko
karij Ge
Literas
tries Ch
Original
caria P
Sigillo
res pe
Stanislaus
sentibus
Rndus in
Podnanien

pibus publicis intaminata fide præstitorum, faudendum esse duximus, ut Ipsi Castellanatum Podlachiæ post assensum Mgci Antonij Migrynski ad Palati: natum itidem Podlachiæ vacantem, ad dispositionem Nram Regiam devolutum, da: remus et conferremus, prout quidem cum omnibus Juribus, prærogativis, Munijs, immunitatibus de lege et antiqua prædi ad hanc Senatoriam dignitatem spectan: tibus, ad extrema vitæ sua tempora, vel altiorem dignitatis assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Mgcis ac Gnciis Senatoribus, Dignita: rijs, Officialibus Terrestribus et Castrensibus, Universoq; Nobilitati Palatinatus Podlachiæ ad notitiam deducendo, mandamus, quatenus præfatum Groum Jo: sephum Wilczewski hinusq; Succamerarium Terræ Viznensis, abhinc pro vero, le: gitimo, et actuali Castellano Podlachiæ habeant, nominent, observent, et agnoscant, eiq; de loco, Juribus, prærogativis, munijs, immunitatibus de lege et usu antiquo ad hanc Senatoriam dignitatem spectantibus, et Ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent pro Gratia Nra. In Quorum fidem præsentes Manu Nra Sub: scriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die IX. Mensis Xbris Anno Domini MDCCLXXI. Regni vero Nri VIII. anno. = Stanis: laus Augustus Rex = Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni = Castel: lanatus Podlachiæ post assensum Mgci Antonij Migrzynski ad Palatina: tum itidem Podlachiæ vacans, Groso Josepho Wilczewski Succamerario Terræ Viznen conferitur. = Antonius Sikorski Sr Rs Mtis et Sigilli Ma: jestatis Regni Secretarius mpp. Atergo vero harum Literarum verba sunt hæc = Cancellariatu Illmi Excellmi et Rndssmi Domini Andreæ Stani: slai Kostka Młodziejowski Epsi Poznan et Varsavien Abbatis Commenda: tarij Hebdomien Supremi Cancellarij Regni Sigillatum. Quas quidem Literas Privilegij, sic ut præmissum Oblatas, Nos ad Acta præsentia Me: tricis Regni Inscripsi, eidem inseri, et Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero rursus restitui permisimus, de quo recepto præsens Cancel: laria Nra quietatur. In Quorum fidem et Actum et Relatio ut supra.

Appellat ad Tribunal Sacræ Regiæ Majestatis Deputatos per Generalitatem Sandomiriensem.

Et Nos Varsaviæ die Veneris Festo Sanctæ Virginis Festi S. Thomæ Apostoli videlicet 20 Mensis Xbris Anno 1771.

Stanislaus Augustus et Significamus de Quomodo coram Nobis Actisq; pro: sentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris comparens personaliter Admo: dus in Acto Pater Dnus Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski Episcopus Posnaniens et Varsavien Abbas Commendatarius Hebdomien Supremus Regni Cancellarius

Camellarius, tanquam Rndssmi olim Vladislai Lomian Lubienski Archi Eppi Gnesnen Primatis Rnii et M.D.Litt. Testamenti Executor, Simulq; Gnosi Felicis Valerij Lomian Lubienski, respective pralibati Rndssmi Archi Eppi Gne: Inclti Nepotis Tutor Sanus merite et corpore existens, a Foro Terris Distri: ctibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo pro: sentiq vero Rre Regie se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, pralam, libere, ac per expressum recognovit, pro: sentibusq recognovit. Quia Ipse Inscriptionem binas et quidem primam super Summam Duodecim Millium flor pott: Vbli Capitulo Calissien, ejusq Capituli Canonico Vbli Andrea Sleptowski in Bonis Szczytniki Gnozi Felicis Valerij Lomian Lubienski hereditarijs, per Gnum Valentinum Jaxa Jeromski Camerarium Granicialem citradun, tanquam Allefati Adm Rndi in Xto Patris Dni Andrea Stanislai Kostka Mlodzieiowski Eppi Posnan ac Lupremi Rnii Cancellarij constitutum Plenipotentem, coram Actis Castren Calissien Feria Sexta in Crastino Festi Visitationis Gloriosissime V. Marie Anno presenti Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo; tum alteram eidem per praexpresseum Gnum Valentinum Jaxa Jeromski tanquam Plenipotentem memorati Adm Rndi in Xto Patris Dni Andrea Stanislai Kostka Mlodzieiowski Eppi Posnan et Lupremi Rnii Cancellarij qua Executores Testamenti Superius nominati Rndssmi olim Lomian Lubienski, Archi Eppi Gnesnen Primatisq Rnii et M.D.Litt., Simulq Tutoris Gnozi Felicis Valerij Lomian Lubienski Primarij Tutoris coram Eidemmet actis Castren Calissien Feria Quarta in Crastino Festi Visitationis G. V. Marie Anno presenti Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo Super Summam Quatuor Millium flor pott Vbli Capitulo Calissien ejusdemq Capituli Canonico Vbli Andrea Sleptowski Similiter in Bonis pretatis Szczytniki Factas, et recognitas, omnibus punctis, et ligamentis approbat corroborat et ratificat, pro: sentiq sua recognitione quam Manu propria subscripsit

Andr: Stan: Mlodzieiowski Eppus Posnan: et Cancell:

Quam quidem approbationem sic ut premissum Factam et recognitam, Nos ad Acta presentis Metricas Rnii Curiarij, ejusdem inscri: et Fasti postulanti authentice extradi permittimus. In Quorum fidem de actum ut supra. Relatio Illmi et Exellmi Dni Joannis Comitis in Pieke et Warkiany a Borch Pro Cancellario Rnii Lucanen Dnugielitanq

Seld

Cessit et Rssi Dnus Petrus Sepper Advocatus
Rtō Patri Dno Dno Sepper Respōsum

Cubcodem Actu 419.

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Quomodo coram Nobis Actōq; præsentibus
Metricis Regni Cancellariæ Nostro Majoris comparens personaliter Nobilis ac Spectabilis Petrus Sepper, sanus mente et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti vero Nostra Regiæ, se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit. Quia Ipse Rdus Andreas Kindum in Xto Patrem Dominum Andream Stanislaum Hosstka Mlodzièjowski Episcopum Cosmarien, et Varsavien Supremum Regni Cancellarium, cujusq; Successores Sanguinis de Summa in manuali Scripto Die Duodecima Martij Anno præsenti 1771. hic Varsaviæ per eundem Rdum Rndum Dnum Supremum Regni Cancellarium sibi Recognoscenti Dato, Actōq; Metrices Regni Cancellariæ Majoris Die 12. Junij Anno eodem roborato specificata, tum de eodem Scripto et Roboratione jam et nunc et defacto ob præstitam Satisfactionem quietat, absolvit, et liberum mittit, perpetuo et in Omnem, Scriptumq; memoratum, et ejus: dem Roborationem supra expressam tollit, cassat, annihilat, præsenti Sua Recognitione quam manu propria subscripsit.

Piotr Sepper mpp

Quam ejusmodi Quietationem sic ut præmissum factam et recognitam Nos ad acta præsentia Suscipi, ejusdem extari, et Parti postulanti Authentica extradi permittimus In Quorum fidem &c Actum et Relatio ut supra

Robertus Adm Rdus Kluk ex Rte Pater
Dnus Synod Examinis ac rem. Metrices
Palatinalis Secretarius Scripsit Cubdem Actu

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Quomodo coram Nobis Actōq; præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nostro Majoris comparens personaliter Admodum Rndus in Christo Pater Dnus Andreas Stanislaus Hosstka Mlodzièjowski Episcopus Cosmariensis et Varsaviensis Abbas Commendatarius Strebdovien, Supremus Regni Cancellarius, sanus mente et corpore existens, a Foro, Terris Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, recedendo, præsenti vero Nostra Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum hic Varsaviæ

Die

420 Die 19. Mensis Decembris Anno nuni currenti 1771. confectum manuq; sua pro:
pria Subscriptum, Sigillog Gentilitio in cera rubra Ajspranica expresse communi:
tum ac Vadio Sexdecem Millium Quadringentorum Quadraginta Duorum Aurco:
rum Hungaricalium Florenorum Polonicalium Quinque, et groscrum Quinde:
cim firmatum, in rem Mgcae Barbarae de Mglachowskie olim Mgci Stanislai
Bernardi Gozdzki Palatini Generalis Terrarum Podlachiae Consorti relictae
Viduae Datum, in omnibus ejusdem Scripti punctis, clausulis, modis, et liga:
mentis roborat, approbat, et ratificat, eidemq; stare, parere, et satisfacere, se
cum suis Successoribus Sanguinis submittit: Et in Casu Contraventionis
Fori Judicij Terris aut Officij Castrensi Varsaviensi sibi suisq; Successoribus
Sanguinis ad respondendum assignat. Hac sua personali Recognitione 6 ac
promissa mediante, in forma alias Roborationis plenissima, ac de jure per:
fectissima, quam Manu propria Subscripsit.

Ant. Stanislaus Mglachowski Episcopus Podlach. C. R. Mpp.

Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum factam et recognitam,
Nos ad acta praesentia Metrices Nri Susceptj jidem inseri, et Parti pe:
tenti Authentice extradi permisimus. In Quorum fidem de Actum
et Relatio ut supra.

Finitur Annus Millesimus
Septingentesimus Septuagesimus primus

Abbrenuntiat et quitabas Deo dicata Virgo Sophia Angela Grabowska Grabowska Starostina Lucensis

Actum Varsaviæ Feria Sexta post Festum SS. Trium Regum proxime Die Sabbati Decimus Mensis Januarij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quod cum ad humiliman Supplicationem Deodicatæ Virginis Sophiæ in Sæculo, nunc in Religione Sophiæ Angelæ Monialis Novitiæ Ordinis Visitationis B.V.M. Conventus Varsaviens, acta publica obstante Regula dicti Instituti adire non valentis; Descripto Nro die hodierna in Actu contenta emanato, Jam Ignatium Ludovicum Nowicki Metrices Regni Cancellariæ Majoris Præfectum, et Secretarium Nostrum pro Suscipienda ab Ipsa recognitione deputassemus, et ut eum Actis adiret permisissemus. Is idem Jam Ignatius Ludovicus Nowicki functus Officio suo, palam, publice, retulit, Qualiter coram Illo, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Majoris Die hodierna in Actu contenta, comparens personaliter ad Cratem Monasterij Sui eadem Regia ac Deodicata Virgo Sophia in Sæculo, nunc in Religione Sophia Angela Profi. Adalberti Kemlada Grabowski Locillatoris Rzeczycensis olim Jnfa Josepha de Mokronowskie matrimonialiter procreata Filia Monialis Novitia in Assistentia Superioritatis Sua infrascripte agens, sana mente, et corpore existens a Foro, Terris, districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti vero Nræ Regiæ quo adinfra recognoscendæ attinet, se se Subjiciendo, et incorporando, sponte palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit, Quia Ipsa Bonis Maternis et Paternis generaliter omnibus, et in specie Singulis, tam immobilibus Hereditarijs, et Obligatorijs ac alijs quibus

bus vis quomodocunq; vocitatis, ubivis locorum Sitis, et jacen
quam mobilibus universis, ac Summis quibuscunq; pecunia
rijs, ubicunq; existentibus, totaliq; et integra Successioni;
se Recognoscentem Jure naturali concernen, nec non de
quibusvis Successionibus post quascunq; Personas inde Recogno
scentem devolutis, aut devolvendis jam ex nunc, et deinceps
ob prestitam Sibi Recognoscenti ad mentem Contractus,
hic Varsaviæ Die 17. Mensis Xbris Anno Dñi 1770 initi,
et Conclusi plenariam Satisfactionem, effectivamq; dotis,
et expeditionis vii eodem Contractu contentarum exsolutionem
p: de quibus receptis suprafatum Jun. Parentem Suumq; quie
tatis libere plenarieq; absessit, et abrenuntiavit, prout qui
dem presenti recognitione absedit, et abrenuntiat, nihil
amplius Juris, tituli, hereditatis, propinquitatis, et pretensionis
Sibi Recognoscenti ad Bona Paterna, et Materna aut quascunq;
Successiones pro se reservando, vel praemisso dicendo, verum Sibi
perpetuum Silentium ratione premissorum imponendo, stat
sua personali Recognitione ad premissa mediante, in forma
alias Recognitionis Abrenuntiationis plenissima, et perfectissi:
ma, quam eadem Recognoscens Superioritasq; ejus tumq; ad
sistens Manibus propriis Subscripserunt.

Siostra Zofia Anniela Grabowska Nowicya Zakonnic Nawied N. Panny
Siostra Ludowika Helena Zborowska Przełozona
Siostra Marya Agnieszka Sliwicka Asystentka
Siostra Katarzyna Helena Krulewska
Siostra Marya Elzbieta Care
Siostra Anna Teresa Puzyniauka Konsyliarki

Petrus Hyacintus Sliwicki Congris Missionis Visitator uti Pater Spiritualis
dicti Monasterij, huic Actui assistens.

Quam ejusmodi abrenuntiationem cum Quietatione sic ut prae mis-
sum est, factam, et recognitam, Nos ratam firmamq; habentes, ha
beriq; ab omnibus volentes ad acta presentia Sustinuimus, eidem inseri,
et per Postulantis authentice extradi permisimus. In Quorum fidem
Actum ut supra Relatio Illmi Supremi Regni Cancellarij
A Sluszna

423. Oblata Varsaviæ Feria quarta
Oblatum Privilegium seu Commissionis Trzebiesoviensis
die Festi S. Pauli primi Eremitæ
Anno Domini millesimo septingentesimo
Septuagesimo secundo mensis Januarij

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Oblatum esse ad acta præsentis Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Extractum ex Actis Castrensibus Posnaniensibus Authentica desumptum Sigillo communitum, continens in se Oblatum Tractatus seu Commissionis Trzebiesoviensis Anni Millesimi Septingentesimi Decimi Octavi tenoris sequentis = Actum in Castro Posnaniensi Feria Quarta post Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo = Oblata sunt ad acticandum in acta Officij hujus Castrensis Posnaniensis Litteræ infrascriptæ Sigillis ac Manibus infranominandarum Personarum communitæ et subscriptæ, sanæ, salvæ, omnique suspitionis nota prout ex eis apparebat carentes, quarum quidem Literarum ea est, quæ de verbo ad verbum sequitur series. In Nomine Domini Amen. Notum sit omnibus præsens et futuris, quod cum a multis Annis Serenissimi Poloniæ Reges Magni Duces Lithuaniæ de hoc desiderassent ut ex Pactorum antiquorum inter Antecessores suos ex una et Magistros Ordinis Theutonici Possessores olim Novæ Marchiæ ex altera parte initorum libera in fluvijs Marchiam alluentibus, videlicet Wartha et Odera navigatio Incolis Regni Poloniæ per Illustres Marchiones Brandeburg Sacri Romani Imperij Electores concederetur, nec hoc tamen propter varia impedimenta effectum sortiri posset, Anno tamen Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo cum Sacra Regia Majestas Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæq; et nec non Svevorum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex, Illustrissimo Principi ac Domino Domino Joanni Sigismundo Dei Gratia Marchioni Brandeburgiensi Sacri Romani Imperij Archicamerario et Electori Prussiæ Juliæ Cliviæ Montium Stetini Pomeraniæ Cassubiorum Vandalorum, nec non in Silesia Crosnæ et Carroviæ Ducis Burggravio de Nürnberg Principi Rugiæ Comiti Marchiæ et Ravensperg Domino in Ravenstein et Illustrissimis Dnis Joanni Georgio in Silesia Duci Jegerndorfensi Ernesto et Christiano Vithelmo Archiepiscopo Magdeburgensi Marchionibus Germaniæ Celsitudinis Suæ Fratribus Feudum in Prussia cum Consensu Ordinum Regni Poloniæ, et Magni Ducatus Lithuaniæ conferet prædictus Illustrissimus Princeps Elector Brandeburgicus de concedenda tota, libera, et sine indecora ci-

vitatj

liitag Nobilitatis Majorũ Polonie per Thelonea aggravatione in fluvijs
Warta et Odera navigatione promissionem fecit, literasq; super eo reversa-
les latius id testantes dedit, iuxta quas reversales Literas licet Ano Mil:
lesimo Sexcentesimo Duodecimo Mense Maio Consiliarij et Vasalli certi Il:
lustrissimæ Celsitudinis suæ cum Commissarijs S:æ R:æ M:tis in finibus Stis
Regi hujus in communem usum utriusq; Nationis defigendæ rectaq; con:
stituendæ causa convenissent tamen propter certas causas et maxime
ob Illmi Electoris in Prussia tunc alia Commissione in vim intermit:
tendæ Celsitudinis suæ in Rheudum collatum destinata occupati ab:
sentium Tractatus inhoatos concludere et determinare nequiverunt, sed
ipsos in aliud tempus differe ac limitare necesse habuerunt, Vigore itaq; ejus
dilationis seu Limitationis s: siquidem ob varias ut sunt res Humanæ difti:
cultates et remoras citius hoc fieri non potuit: s: Anno demum præsen Mil:
lesimo Sexcentesimo Decimo Octavo pro tempore mutuo consensu dolcto nempe
pro Die Decima Octava Januarij iuxta Stylum Gregorianum Nos Adam
Sandivogius Czarnkowski a Czarnkow Palatinus Lanicien: Majoris Polonie
Generalis Volpien: et Capitaneus, Vladislaus Przyemski Succamerarius Cels:
sien, Sandivogius Comes ab Ostrorog Capneus Vchovien, Nicolaus Miel:
zyński Dapifer Calisien, Georgius Comes ab Ostrorog Capneus Miedzy:
recen et Martinus Broniewski et S:æ R:æ M:tis Dñi Nostri Clementissimi
et ex Rni parte Constitutionibus Comitiorum Varsavien: Anni Mille:
simi Sexcentesimi Undecimi, et Millmi Sexcentesimi Sexdecimi tum etiam
recentibus Commissionis Literis ex Cancellaria S:æ R:æ M:tis emanatis ad
hoc negotium designati. Et nos Abrahamus Burgrabius et Dgro a Dohna
Militum Ductor Ernestus a Groeben Capneus Lossen et Przebinen Mil:
debrandus a Kracht Militum Ductor et Præfectus Supremus Fortalitij
Kistrinen, Joannes a Beneckendorff Cancellarius Neomarchiæ, Joa:
chimus a Winterfeld Præfectus Ducatus Crosnen et Capneus Sterm:
burgen, Joannes Georgius a Rybbeck Præfectus Primus Fortalitij
Spandovien nec non Capneus Ibidem, Fridericus Bruckman Cancella:
rius Electoratus Brandeburgen, Mathias Pollenius Consiliarius, Da:
niel Kleintk Præfectus Rerum Economiarum in Aula, Gasparus
Berger Præfectus rerum Economiarum Neomarchiæ, et Joannes Frid:
ericus Consiliarius ex pte Illmi Principis Electoris Domini Nostri Cle:
mentissimi ad hoc ieg Varthen negotium Deputati Commissarij Divino

auspicio

Divino Auspitio ad fines Pni et Nove Marchie convenimus et postmodum in
Lugo Trzebiesow ad Regnum spectante una congressi post multa inter Nos altro
citroq habita super eo negotio colloquia tandem unanimi Consensu ab utrinq
temporibus perpetuis obzervandam fecimus et constituimus infrascriptam Com:
positionem. Imprimis liber esse debet transitus omnibus Nobilibus tum etiam
Mercatoribus et Civibus Majoris Polonie cum suis Mercantijs frumentis Cu:
juscunq grani et rebus quibuscunq cujuscunq qualitatis vel materiei exi:
stant, sine quovis impedimento per Wartham et Oderam flumina quocunq
descendendo vel ascendendo secundis vel adversis fluminibus in Navibus
parvis sive Magnis vacuis sive oneratis in perpetuum quomodocunq et
quotiescunq voluerint, absq aliquo impedimento cujuscunq. Quas quidem
Merces, Frumenta, et res quascun ut premissum est si prefati Nobiles Mer:
catores et Cives Majoris Polonie ducentes vendere aut stare in aliquo loco:
rum Civitatum Oppidorum ad Ripas predictorum fluminum situato:
rum voluerint, aut et debent esse in ipsorum arbitrio et voluntate si vero
vendere noluerint possunt absq omni impedimento ire seu descendere vel
ascendere quo eis placuerit cum Rubus predictis ut superius est expressum
Qua tali libertate non debet derogari Juri Emporij seu Depositorij Lanebergensi
quod unicum exigitur ita ut apud illud naves cum Mercibus ex Polonia
secundo flumine demissis subsistere teneantur Nobilium quidem per
Viginti Quatuor horas Plebejorum vero per Triduum ut moris est. Porro
ratione ejus navigationis et liberi transitus per predicta flumina War:
tham et Oderam Nobiles Poloni a Tribus Venenglis seu Septuaginta Du:
obus Modijs Marchicis qui efficiunt unam Lastam Frumenti cujus:
cunq Grani solvere debent sive per se sive per Famulos aut Factores suos
ratione Thelonei Illmo Electori Brandeburgen in Camera Kistrinen per
Unum Florenum polonum qui Triginta grossis Polon computatur, et ju:
Hoc quam tale presenti Transactione assignatum Theloneum semel
ab aliquo Nobili in predicta Camera Kistrinen solutum fuerit libe:
rum erit ea Nave sive majori sive minori in qua frumentum a quo
Theloneum solvetur vehetur deorzum per Ditiones Electorales navigan
re citra quamvis ulteriorem aut iteratam alicujus Vectigalis exactionem
a quo Nobiles Majoris Polonie omnibus alijs in locis liberi et immu:
nes esse et tantum Mercium in Navibus vectarum denuntiationem
ac quietationem de soluto Kistrinen Thelonco Acquit Demonstrationem

Caeteru

coram Aquatiorum Theloneorum alibi exigi solitorum Inspectoribus fauere debent, et hoc intelligi debet de Mercibus secundo Flumine demissis; Quantum vero attinet Merces si quas forte Nobles Poloni Stetina in Poloniam aduerso flumine navibus vehere volent ab illis in Camera tantum Stetensi solvent medietatem nunc usitati Thelonei, quod in posterum non augebitur Mercatores et Cives Majoris Poloniæ a Mercibus suis quibuscunq non solum vetus Theloneum, sed etiam novum solvent in locis consuetis, a navibus vacuis nullis videlicet Meribus sive Pomerania aduerse flumine ducentur, nulla Thelonea solvi debent, a rebus seu Mercibus Sylvestribus ex Arbori: bus confectis quæ non Navibus vehi, sed inter se compactæ et colligatæ secundo flumine dimitti solent Nobiles Antiquum tantum Thelo: neum solvant. Ceterum ne in ista disparí qualis supra descripta est Theloneorum solvendorum et subsistendi apud Emporium Lansbergen Constitutione Plebei pro Nobilibus se gerere et ita commodis Illmi Elec: toris aliquid detrahere, et Juri Emporij Lansbergensis præjudicare possent debet unus quisq Nobilis Polonus navigatione usurus non so: lum per Literas patentes Manu sua subscriptas et Sigillo roboratas, de Navibus suis aut a se conductis Mercibusq dimissis quod sive sint tum etiam de quantitate Ipsorum Testimoniorum perhibere, sed etiam ejusmodi Famulum seu Factorem cum meribus mittere qui circa solutio: nem Thelonej Kostrinii præstet corporale Juramentum, quod ille Merces secundo Flumine ex Polonia demissæ sunt, ex adverso flumine in Po: loniam vehendæ erunt, non Plebei alicujus, sed Ipsius Nobilis propriæ ad proprium usum destinatæ, et quod quantitatem in Literis Testimoniali: bus descriptam, non excedant, si tamen quis ultra quantitatem in Lite: ris descriptam plus Mercium emere volet liberum hoc ei erit, sed ea lege ut Theloneum non dimidiatum sed totum more aliorum Plebejo: rum Mercatorum solvant. Ut autem hæc Navigatio eo melius pro: cedat si quid Molendinorum vel Structurarum ligneariq ad pisces capiendos quæ Germanice Fischwer vocantur in Fluminis alveo exædificatum fuerit aut lapidum, Arborum, truncorum in Electoratu Brandeburgen, reliquum quod Navigationi huic obesse et illam impedire possit, illud prime jussu et sumptu Illmi Electoris vel Eo absente eorum qui mandatum de hac re ab Illma celsitudine sua ha:

fuerint, removebitur, in Majori Polonia itidem Fluvius Wartha ab impedimentis Navigationum, ubi opus fuerit purgabitur sumptibus Gentis Polonicæ propriis. Si abi cui ex Polonia libuerit Odra fluvio Francfurtum ascendere et vicissim inde descendere, a nemine id prohibebitur. Omnibus Illmi Electoris Subditis Electoratus Marchiæ Brandeburgen, et Provinciarum incorporatarum Incolis præsentibus et futuris licebit, et permissum sit libere, et absq ullo impedimento solutis Vectigalibus uti: tatis, qualia a Mercatoribus Incolis Civ Polonicæ penduntur Wirthum usq ad Civitatem Koto dictam navigando ascendere et descendere, et in Regno cum suis Mercibus Navigijs vectis Mercaturam evehere, et negotiari salvo jure Emporij Posnan, salva etiam libertate a dandis Theloneis aliquibus a navibus vacuis prout supra de Incolis Poloniæ Scriptum est Stetinenses qui ad Mare Civitati suæ Vici: num Frankfurtensibus hactenus navigationem prohibuerunt sistam prohibi: tionem cum consensu sui Principis sustulerint, et Francfortensibus Navigatio: nibus libertatem permiserint, habebunt quoq Ipsi vicissim facultatem Stetino ei Poloniam et ex Polonia in Stetinum per Wartham et Oderam cum Mercibus Navigandi, salvo Jure Emporiorum et Theloneorum Sæ Rtæ Mttis, et Illtris Principis Electoris, salva etiam compositionis in præmissis Inter Illtrmum Principem Electorem et Duces Pomeraniæ faciendæ facultate reservata. Si quis in hac navigatione aliquid Criminale Pœna dignum commiserit, ibi in loco ubi deprehensus fuerit Judicio se sistere tenebitur. Pœnam quoq quam meruit ibidem secundum Loci Leges et consuetudines expetabit. Idem de Civilibus dic: tibus intelligendum est, quæ juxta præscriptum Juris æquo et bono ita judica: buntur ut de Injuria a Magistratu facta nemo justam causam conquerendi ha: beat. Hoc etiam specialiter adjecto; Quod nullus Mercatorum seu alius Homo cujuscunq conditionis existat, aut Bona istius propter delictum vel debitum ali: orum captivari, turbari, et arestari debent, Transmarinas res ac Merces emere et adversis fluminibus in Poloniam vehere Incolis Majoris Poloniæ erit licitum. A Transmarino tamen sale Stetini emendo ad decursum tan: tum Anni præsentis Millesimi Sexcentesimi Decimi Octavi abstinere debent Sale Lunæburgensi. Si qui Insolarum Majoris Poloniæ uti voluerint, quod quidem in Libero cujusq relinquitur arbitrio tunc sal illud Lunæburgense, non alibi sed tantum modo Francfurti ad Oderam emi debet. Controversia de Limi: tibus Inter Polon et Novam Marchiam alicubi intercedentes hanc naviga: tionem nec possunt, nec debent ullatenus impedire nihilominus quia in: terest, ut ante omnes Discordiarum præcidantur Commissarij Regij præ: sens apud Sacram Regiam Majestatem intercedent ut ab Ipsa et Ordini: bus Reni quando id Illtrmus Elector postulabit assignentur peculiares Commissarij, qui pro tempore certo cum Commissarijs Electoralibus in loco mutuo consensu delecto ingressi omnes rationum finium ob ortas Dissidentiæ

as

as complanent alq̃ sopiant. Interim utrinq̃ pax et tranquilitas servetur ulq̃aq̃
non vi aut armis sed Jure Jus suum prosequatur. Quandoquidem Illrmus El:
ctor ad Majorem benevolentiæ et affectationis suæ erga Ordines Majoris Polo:
niæ significationem, hoc quod nunquam antea pollicitus fuerat Ipsis
concedere velit, ut per Illam fossam quam Parens Illrm Celsitudinis
Suæ Inclytæ memoriæ inhoavit, et per aliquot Milliaria continuavit Illrma
vero Celsitudo sua penitus ad finem usq̃ prosiere in animo habet navig a:
tione cum Mercibus suis sursum et deorsum utantur, et per hanc fossam
ex Odera in Havellum Spream seu Svevum Albim itidem et sic Hamburg:
gum usq̃ ad in Oceanum perveniant Insuper non vult. Ipsidem Ordinibus
Majoris Poloniæ apud ulteriores Principes et Civitates ratione libertatis na:
vigationis intercessione sua deesse, propterea ubi hoc Deo volente effectum
Suum sortietur, salva reservatur facultas Illrmæ Celsitudini suæ de compe:
tenti pro eo gratitudine agendi cum Ordinibus Majoris Poloniæ in quorum
tamen beneplacito hoc relinquetur, utrum ad Hamburgensem an verò ad
Stetinensem pro tunc cum Mercibus suis convertere se debeant. Si quid for:
te circa hanc Conventionem incideret, quod declaratione vel ulteriori explicatio:
ne egeret sicut in omnibus fere humanis Actionibus propter earundem
Imperfectionem usu venire solet aliter illud fieri non debet quam ab Illrmo
Electore et Ordinibus Majoris Poloniæ conjunctim et sopientur omnia per
amicabilem Tractationem et compositionem, ad viter vicinos decet. Quos quid
omnes et Singulas superius expressos Articulos cum Bono Judicio ac ma:
tura deliberatione concorditer, et amicabiliter conclusos Nos Suprascripti Regij
et Electorales Commissarij Sae Rae Mtis et totius Rni nomine ex una et Illr:
mi Principis Electoris Brandeburgen ac Secorum in Electoratu Celsitudi:
nis suæ Electorum Brandeburgicorum nomine, ex altera parte pro ratio et gra:
to habemus, acceptamus, approbamus, et vigore plenariæ Nobis ad hoc negot:
tium tractandum et concludendum concessæ potestatis ratificamus roborq̃
perpetuæ inconcussæ et irrevocabilis firmitatis habere debere decernimus:
volentes ut hæc omnia compactata ex nunc et a modo sacrosancte et in:
violabiliter observentur, et quantum ad interesse cujusq̃ partis spectat, absq̃
omni fuco et dolo, imo candidè, sincerè, et realiter adimpleantur, ac in effectum
deducantur. Insuper abundanti Nos Commissarij supra memorati Regij
apud Sram Ram Majestatem et Electoratus, apud Illmum Electorem dabi:
mus operam ut hanc moderniam Transactionem in omnibus Ipsius

punctis

junctis et clausulis per peculiares Literas manibus suis subscriptas et Sigillis communitas primo quoq; tempore confirment. Qua confirmationis Litera per duos ex Nobis Commissarios hùc in Regio Trebiesow Die Undecima Mensis Maij justa Stylum Gregorianum idest Prima ejusq; Mensis, juxta Stylum Julianum, futè ventura hinc inde mutuo et exhiberi et recipi debent. Hunc vero certitudinis horum omnium Causa praesentes Manuum Vrarum Subscriptione et Sigillor. Subappressione roboramus. Actum in Trebiesow Die Vigesima Secunda Januarij, juxta Stylum Gregorianum idest Duodecima juxta Stylum Julianum Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Decimo Octavo. Adam Sandivogius Czarnkowski Palatinus Lanicien. Majoris Poloniae Gratis Volpenensq; Capneus = Vladislaus Przyemski Succamerarius Trib. Calisien. manu propria = Sandivogius Comes ab Ostrorog Capneus Vschovien. manu propria = Nicolaus Mielzynski Decurio Calisien. = Georgius Comes ab Ostrorog Capneus Miedzyrecen. manu propria = Martinus Broniewski manu propria = Abrahamus Burgrabius et Baro a Dhona manu propria = Ernestus a Groeben Capneus Lasden. et Trebinien. Hildebrant Krockten: berg. manu propria = Joannes a Brenckendorff = Joachim in Winterfeld manu propria = Joannes Georgius a Rybbeck manu propria = Tridericus Druckman manu propria = Mathias Colenius Manu propria = Daniel Kleindt manu propria = Gaspar Berge manu propria = Joannes Friderus manu propria = Ludus Sigilli Castren. Posnanien. = Et alius Castrensq; Posnan. Extractum = Gorzyczewskim = Lt Krupiwnicki = Atergo verò verba sequentia = Oblata Tractatus seu Commissionis Trebiesso-viensis 1618. Quem quidem Extractum sic ut praemissum est oblatam, Nos ad Acta praesentia Metrices Regni suscipi ijdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus restitui: de quo recepto Cancellaria Nra praesens quietatur: permisimus. In Quorum fidem &c Actum ut supra.

Oblatae Resignationi certorum Bonorum per Regiam de Post ad Personam Gfrodt Kauffmey facta

Actum Varsaviae Sabbato post Festum Purificationis B. V. Mariae Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Decimo Octavo Mensis Februarij anno 1772.

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Dni Cancellariae Nostrae Majoris Literas Papireas manu Gnosi Caroli Gustavi de Clodt et Testium subscriptas, Sigillisq; Ipsorum Gentilitijs in cera rubra Hispanica expressis communitas, atque per Notarium publicum subscriptas, et itidem Sigillo ejus communitas, latino idiomate scriptas, continentes in se Venditionem seu Resignationem Bonorum certorum in eisdem Literis contentorum

tentorum, in Livonia sitorum, in Personam Gnea Constantiæ de Wahlen Korffowa Gnea Rositensi, ejusq; Successorum sutam et recognitam salvas sa: nas, et illæsas, omnig suspitionis nota carentes tenoris sequentis =

Ego Carl Gustav de Clodt, Subicularius Serenissimi Domini Magni Ducis et Heredis totius Russiæ, Duisq; Holsatiæ de nomine meo, nec non Hæredum meorum, Universo ac Singulis, quorvis nunc aut in posterum de hac re scien: tiam habere oportuerit, notum testatumq; facio, presenti benevolo ac invio: labili Instrumento perpetuæ venditionis Juris hæreditarij, Perillustri Mag: nifica Domina Constantiæ de Wahlen vidua Korffowa Capitanea Rosi: tensi inservienti, et ideo a me dato, Quatenus pie defunctus Justus Claudius Antecessor meus a Divo olim Sigismundo Augusto Rege Poloniæ, Ma: gno Duce Lithuaniæ, Domino et Hærede in Livonia in Districtu Segval: densi triginta Familias rusticas propter fidelia servitia sibi collatas ha: buit, atq; ijs fruebatur cum autem prædicta triginta familiæ essent illi ademptæ, et in earum locum spes ac promissa de alijs triginta familijs a Regia Majestate ipsi Justo Claudio facta, Illustrissimus Joannes Cho: kiewicz ex Mandato Sacræ Regiæ Majestatis Lagos duos cum trigin: ta familijs rusticis Kaijtern et Egeden dictos in Districtu Rositen: si sitos in possessionem tradere, anno Millesimo Quingentesimo Septu: agesimo tertio commisit. In virtute ejusdem Mandati Regij Justus Clau: dius in Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto per Fabia: num a Borck et Paulum Farenholtz in possessionem Lagorum Kaijtern et Egeden in Districtu Rositensi sitorum, juxta tenorem Privilegiorum super illis habitorum, fuit immissus. Cum itaq; Actor prænemoratorum fundorum, nempe Lagorum Kaijtern et Egden, in documentis appella: torum, relictis filijs Successoribus et hæredibus e vita migrasset, præ di: cta Bona in meam lineam, ex qua Ego Carl Gustav de Clodt dire: ctissime procedo legitime devoluta, partim a Capitaneis Rositensibus, partim ab alijs vicinis vi, injuria temporum et nullo Jure occupata essent; eo scilicet tempore, quo Priores mei in Servitijs extraneis exi: stentes, et Calamitate Bellica in Livonia durante, prædicta Bona idq; Lagos cum Triginta Familijs Rusticis Kaijtern et Egden Dictos in Ducatu Livoniæ in Districtu Rositensi sitos, a violenti et injusta occupatione recuperare non potuerant, idq; itaq; cum Magno præjudicio ad præsentem usq; datam remorabantur. Ego tamen Carl Gustav de Clodt cognoscens ex documentis et ex Genealogia nominis mei

in servientis

inservientibus, quod Leges Polonie Bona cuidam nullo Jure adempta requirere
permittunt, et quod Jus Statutarium Magni Ducatus Lithuanie de Bonis suis
hereditarijs pro lubitu disponere concedit; Ipse non potens de ijdem Bonis
litem agere, totum Jus pretensum, modo expresso, sive non expresso, quorunq
solum titulo ac pretextu super premenorata Bona, nempe duos Lagos cum
triginta familijs Rusticis Kaÿsern et Egden dictos, cum omnibus attinentijs et
pertinentijs, nominatis aut nominandis, prout ea Bona ab antiquis olim
Limitibus existebant, nil protenus mihi et Successoribus meis quocunq titulo
nominatis aut nominandis eximiendo, Perillustri Magnifica Domina Con:
stantia de Wahlen Vidua Korffowa Capitanea Rositensi Jure presenti hereditario, sponte a me dato pro certa Summa: quam in parata pecunia ad
manus meas proprias numerando recepi, et super qua recepitora Magnifi:
cam Dominam Korff presentibus perpetuq quietando absolvo: Cedendo Jus me:
um totum una cum Documentis, que pariter trado, et si plura ubicunq et
qualitercunq adinveniri potuerint, que jam non mihi nec Successoribus
meis cum reali Genealogia, sed Magnifice Domine Constantie de Wah:
len vidue Korff Capitanee Rositensi et Successoribus suis inservire debent,
de mea persona in Personam Supradicte Magnifice Domine Korff cedo,
transfundo, perpetuoq et irrevocum renuntio, Liberam itaq voluntatem et vim
prenominata Magnifica Domina Constantia de Wahlen Vidua Korff Capi:
tanea Rositensis habebit robore presentis Instrumenti Juris hereditarij,
perpetuoq Venditionis ipsi nunc a me dati, prefata Bona sive per strepitum
Juris, sive per Actum Compositionis amicabilis recuperandi, et recuperata ad
suam rehabere Possessionem cui libuerit dandi, donandi, vendendi, quovis Jure
alienandi sine ulla unquam prepeditione et Interventione a me nec ab alio
quovis Successore faciendo. Et sicut Ego Carl Gustav de Clodt predicta Bo:
na uti in antiquis olim limitibus fuerunt simul omnia, nil protinus
exinjriendo cum omnibus attinentijs et pertinentijs supradicto modo Peril:
lustri Magnifice Domine Constantie Korff et Successoribus suis Jure hereditario et inviolabili vendendi, ita etiam si quis de mea familia vel eorum
nomine vi Jurium vel Documentorum Domine Constantie Korff Jus Empti:
onis Venditionis presentis intrusive se habens impugnare voluerit, prasum:
pserit; tum Ego Carl Gustav de Clodt firmissime obstrictus ero ex propijs
impensis Ipsam Dominam Korff et Successores ejus a quovis turbatore
prestare et evincere sub Hypotheca Bonorum meorum, et sub vadio valoris
rem exportantis, alijsq vadijs. Si vero vel ob minimam impugnationem

